


II d
84



Ff
8



DE
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE



COMMENTATIO ALTERA

QVAM

DEFENDVNT

PRAESES

M. MATTHIAS AVGVSTVS
HASIVS


VITEMBERGENSIS

D. XVIII. MARTII A. CIO DCC LXVI.

AC RESPONDENS

IOANNES GODOFREDVS KRIEBITZSCH

BITTERFELDENSIS S. S. THEOL. CVLT.



VITEMBERGAE

EX OFFICINA GERDESIANA.



MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE

—————

DOMINUS ALBERT

DE

GERMANY

FRANCO

M. MATHIAS-AUGUSTVS

H A S I V S

VITIMBERGVS

DOMINI MARCI A. S. J. C. L. I. V. I.

AC RESPONDENS

IOHANNES GODOFRIDVS KRIBITZSCH


MITTELBOURG. N. 3. THEOL. COE. V. C. S. S. I.




—————

VITIMBERGVS

EX OFFICINA GERDMAN.



DE
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE.



§. V.



Animus ex sapientissimo Dei consilio corpori imperare debet, corpus obtemperare animo, propter praestantiorem mentis nostrae indolem, qua quidem corpus gubernaculo animi, animus vero corporis tantum ministerio indiget. Quam naturalem utriusque partis hominis essentialis ad sese relationem Aristoteles *) egregie illustrat artificis exemplo, qui instrumenta regit, iisque ad fines suos utitur obtinendos. Quemadmodum vero organum, ab artifice dispositum, functiones suas praestat, sic corpus quoque, animi instrumentum, perficit ea, quae mens, tanquam gubernatrix illius machinae, summa arte elaboratae, praecipit. Cum seruo comparat ille corpus, quod animo obediatur, sicut seruus obsequatur domino. Ομοίως, inquit, ἔχει ψυχή πρὸς σῶμα, καὶ τεχνίτης πρὸς ὄργανον, καὶ δεσπότης πρὸς δούλον. Similiter se habet anima ad corpus, ut artifex ad instrumentum.

*Regimen
Imaginationis
in corpus.*

A 2

*) Ad Eudem: Lib. VII. Cap. IX.

strumentum, et seruus ad dominum. Quamuis vero hic mentis eiusque domicilii status finibus Dei sapientissimi maxime sit consentaneus, ut animus praesit, corpus obtemperet, nihilo tamen secius deprauata corporis indoles, humanarum leges miseriarum, saepius animi facultates in suis remouatur repraesentationibus, quemadmodum in dependentia imaginationis a corpore, priore paragrapho enodata, satis iam commonstrauimus. Quid igitur obstat, quominus, naturalem rerum seruaturi ordinem, phantasiae regimen in corpus sumamus explicandum, quod dominium animi immortalis in fragilem ac infirmam membrorum compagem, breui in cineres abeuntem, in clariore collocat luce. Nouimus omnes, experientia commonefacti, vehementissimam imaginationem nonnunquam vim sensuum tantopere debilitare, ut phantasia reportet in pugna triumphum, quamquam sensationes alias imaginandi facultatem claritate longe superant. Quod in illis non raro contingit, qui vnam eandemque rem sibi repraesentant repetitis vicibus, donec imago tam arcte se in cerebrum insinuat, ut omni data opera impetum phantasiae repellere nequeant. Quot enim homines amore, vel alio vehementi affectu, in insaniam coniectos deprehendimus, tot tristitia habemus exempla mortalium, quorum phantasia sensus vicit. Rem enim, quae imaginationis alacritatem tantopere permouit, ut ratione, praestantissima animi facultate, singulari Dei munere concessa, quo belluis nos longe anteponat, eos priuaret, pro sensatione venditant. Detegunt perfectiones in rebus, quas amplectuntur amore, ab aliis, tranquilla mente iudicium ferentibus, tanquam infirmi et imperfecti quid repudiatas, ita, ut eiusmodi dotes non, nisi in cerebro imaginantis corrupto habeant rationem, et insanientis imaginationis robur propalam collocent. Sensibus percipiunt, quod organa sensoria non tangit, oculis vsurpant, quod radios

dios non emittit, audiunt, quod sonitum non edit, ne plura
 deprauatae phantasiae phaenomena commemorem. Hoc
 vnum meminisse sufficiat, cunctas sensuum perceptiones tan-
 tam non habere vim, vt eiusmodi phantasiae, frenis laxatae,
 monstra coerceant, et insaniens phantasmatum robur repel-
 lant ac minuant. Hinc perspicimus, cur morum doctores,
 in fugiendis voluptatibus, improbissimis dominis, laborem
 tantopere suadeant. Negotiorum enim multitudo animum
 a libidinibus auocat, mentem distrahit, vt illecebris phanta-
 siae tantum indulgere nequeat, quantum in otio, cum nulla
 sensatio alia imaginationis efficaciam in repraesentationibus
 suis, semel iterumque repetitis, infringere ac turbare potest.
 Quod pulchre monet Ouidius de remediis amoris, quando canit:
 Otia si tollas, periere cupidinis arcus. Quis vero est, qui
 non colligat inde regimen imaginationis in corpus, quae in
 organa sensoria dominatur, eorum vim et claritatem debili-
 tat, imo corpus impellit ad obsequium prauis animi deside-
 riis, quibus sceleratorum mens alitur, praestandum. Pericli-
 temur nouam argumenti hactenus enucleati corroborationem,
 non minus experientia confirmatam priore. Contemplemur
 homines timidos, vesperi exeuntes, quando sol diem celat,
 ac maiores cadunt altis de montibus umbrae, quo tempore
 opaco phantasia uiuidissime operatur, et vel minima aura
 spirans, sonumque excirans, imaginantis animum terret.
 Quae vana somnia eiusmodi hominum imaginationem occu-
 pant? Spectra, horrenda monstra, in quibus formandis na-
 tura, vel potius imaginandi vis, nocturnis umbris referta,
 omne formidolosum coniunxit, infelicia simulacra recens de-
 functorum, ex vulgi opinione huc illuc errantium, velut um-
 bra Creusae, vxoris Aeneae, apud Virgilium, arborem ven-
 tis agitatam, quae, tremulo lumine radiantis lunae repercussio,
 in proximo pariete albo nigram pingit imaginem, pro-
 tento

tento habent memorabili, taceo innumera alia phantasiae ludibria. Quid comitatur mentem eorum, prodigiis perterritam? obstupescunt, fugiunt, trepidantes toto corpore, horrore retardati, pedibus solo affixis, et reluctantibus, comis arrectis, omnem sui conscientiam amittentes, vox eorum faucibus haeret, silico plura mentis perterrefactae signa. Sed, num verae sunt pallentes eorum perceptiones, an metuunt futuri ipsorum umbram? In plerisque profecto exemplis cognitum exploratumque habemus, furentem imaginationem tantas hominibus, formidine captis, struxisse infidias. Inuestigamus igitur pestifera nos toties illudentis phantasiae artificia, quo felicius e tantis tamque perniciosis emergamus dolis, in quos imaginatio, sensibus fortior, nos dat praecipites. Quod exercitui, armis nudato, somno in castris sepulto, ab hostibus praeter opinionem undique cincto, ingruente armorum horrore ac strepitu somno excusso, usu venit, ut nesciat, num capiat arma, seque defendat, an militum furori, paratorum neci, mucrone ferri corusco, se tradat, ac in media ruat arma, idem in sensationibus accidit, quando imaginum copia, in acie collocata, castra sensuum aperta tum inuadit, cum sensationes quiescunt, rebus, quae in sensu cadunt, absentibus. Placidae ideo noctis quietem, ab omni strepitu remotam, et illa temporis spatia, cum sol decedens nigrantibus umbris terras obruit, in subsidium reportandae vocat victoriae phantasia, quo facilius instrumenta sentiendi, interdiu tot rebus percipiendis defatigata, in suam redigat potestatem, et iudicium eorum de rebus externis, sub sensum cadentibus, suspectum reddat. Reuocat imagines suas quauis data occasione, ac nouis coloribus ornat, quorum splendor reluctantes fortiter sensuum perceptiones exaeceat, iisque caliginem ac tenebras offundit, donec omni resistendi facultate orbentur. Nanciscuntur denique phan-



phantasmata gradum claritatis, sensibus alias vnice proprium, imo splendidius lumen collustrat phantasiae somnia, non amplius a sensuum perceptionibus discernenda, ratione palmaria differentiae sublata. Ne longius haeream, quam flagitat institutum, in telis phantasiae detegendis, quibus sensus nostros debilitatos petit, et, nisi impetum mature repellat, terga vertere cogit, aliud momentum, non minus perspicuum priore, ac omni dignum attentione, ad veritatis trutinam reuocabo. Testatur experientia, imaginationem in grauidis viuidissimam mirandos nonnunquam effectus edere. Quem fugiunt insignia corporis, infantibus vehementia phantasiae, ardentibus occupatae desiderii, a matribus impressa, si illo tempore, quo foetum in vtero nutriunt, sibi non cauent ab omnibus vehementioribus animi motibus, et rerum terrorem et formidinem mouentium aspectu. Minima scintilla faciem matris tangens, eique terrorem iniiciens, infantis, corpus deformat. Experientiam, luce meridiana clariorem, exemplorum lumine collustrare, nil interest nostra, magna iam copia ab aliis collectorum. Qui desiderat quaedam, adeat peritissimi Krügeri Psychologiam, vt vocat, Experimentalem, libellum laudibus nostris maiorem, in quo nescio, num magis ingenium an iudicium mirer, in vtroque excellit, spargens semper, faceto dicendi genere, seuera festiuis. Audacem proderem mentem, si in animi nostri adyta, a nullo mortalium penitus recludenda, penetrare vellem, ingenium sentiens exiguum, eaque explicare conarer, quibus natura tantam obduxit caliginem, vt labendi periculum in crassioribus tenebris facilius sit, quam spes e tantis emergendi difficultatibus. Vix tamen mihi temperare possum, quo minus quaedam adiciam doctrinae, quae tam difficiles habet explicatus, si fallor, condonandum est ingenii imbecillitati. Videor mihi rationem quandam reperire in arctissima coniunctione inter matrem



trem et foetum, siue corpus spectetur, siue animus. Quis enim eorum, quae ad corporis nostri structuram, a summo artifice summa quoque arte expositam, pertinent, tam ignarus est, quin sciat intimam communionem sanguinis materni cum sanguine foetus per umbilicum, vt cum Physicis loquar. Hinc indoles corporis foetus pendet e constitutione et natura sanguinis in matre, qui infanti prima praebet alimenta. Quod si igitur corpus matris vehementissima quadam commotione, quaecunque fuerit illa, mutatur, eadem confestim variatio in corpusculo foetus accidat, necesse est. Ratio in physico nexu inter matrem et foetum est in numerato. Inde tamen explicare non possumus, cur naeus semper respondeat rei, quae grauidam sollicitudine tenuit, in quo maxima et praecipua mihi difficultas esse videtur. Hic si vniuersam corporis compagem recolimus memoria, et machinam illam, omnium artificum ingenia et vires longe superantem, summa attentione inspicimus et interrogamus, nunquam profus emergimus e labyrintho et tenebris, quas menti nostrae offundit natura, mysteriis referta. Forsitan vinculum animi et corporis verosimiles suppeditabit rationes. Me saltem non pigebit operae, in illis indagandis collocatae. Harmoniam esse inter animum et corpus inficiabitur nemo, nisi omnem qui velit experientiam repudiare, et cum Anaxagora niui nigrum vindicare colorem. Consentiant videlicet motus corporis cum desideriis animi, ideae materiales in cerebro cum ideis immaterialibus, ita, vt, si quid sentias, tibi quoque repraesentare possis sensus perceptionem. Quod in grauidis tanto vehementius contingit, quanto earum desiderium acrius. Si quid igitur oculis earum obuersatur, appetunt cum ingenti cupiditate, vt non animus tantum moueatur, verum etiam corpus, tam arcte animo iunctum. Per motum vero corporis auida cupido propagatur ad foetum, qui rem, a matre cum

cum impetu desideratam, confuscé sibi quoque repræsentat, propter mutuam inter matrem et infantem animi et corporis commercium. Corpusculum infantis tenerrimum, e mollioribus et cartilaginosis adhuc partibus constatum, motui et desiderio vehementissimo resistere nequit, efficacitate imaginationis efferatæ excitato. Quis igitur dubitabit, quin mutetur corporis, tam subtilis, ac sensim se paulatimque euouentis, forma membrorum externa, et sibi imprimi patiatur signum, rei, sollicitè a matre propter viuidiorem phantasiam anhelatæ, simillimum. Idem clarius et luculentius apparebit, si memineris, summum terroris gradum in hominibus adultæ iam ætatis, firmitioribus corporis partibus præditis, confirmiles effectus interdum produxisse, et, signis quibusdam relictis, vultum, aut aliam corporis partem deformem reddidisse. Quidni idem sentias et credas de machinis illis subtilissimis, in quibus natura primas tantum lineas designauit deuersorii mentis nostræ pulcherrimi, commemorandi causâ nobis dati. Monitum igitur Krügeri *) supra iam laudati non omnino mihi videtur improbandum, quo foeminas, pulchros cupientes liberos, adhortatur, vt mares formosos sibi ad intuentum proponant, vel saltem illis absentibus, imaginibus pulchris contemplandis, suam occupent phantasiam, sic certo futurum, vt infantes quoque procreent, his simulacris formosis simillimos. Illud enim apprime conspirat cum exemplo, quod Malebranchius **) narrat de foemina quadam prægnante, quæ postquam tabulam pictam, sancti cuiusdam effigiem referentem, attente contemplata erat, infantem generabat, huic picturæ similem. Vereor, ne, plura exempla hanc in sententiam cumulaturus, reprehendar, magno numero a Montagne ***) coaceruata, vt breuitatis studiosus, commode hic iis superfedere possim. Equidem tamen non

*) l. c. p. 163. **) p. 320. ***) Part. I. seiner Versuche Cap. XX.



inanem me suscepisse laborem censeo, ponderato hoc phantasiae momento, quippe quod regimen imaginationis in corpus in bona luce collocat. Liceat ad somniantes confugere, qui, quamuis scientiis enodandis aliis multum detrimenti afferant, praesertim si eruditi, quod saepius accidit, vigilantes somniant, non tamen finibus Psychologiae sunt exterminandi, sed studiose ab illis attendendi, qui interiores animi recessus anquirere cupiunt. Phantasia enim in somniis imaginibus suis, ad rerum olim sensibus perceptarum exemplar fictis, vnice ludit, tanta interdum efficacitate, vt vanas somniorum species pro veris exploratis ac sensibus perceptis habeamus, donec somno expergefacti, magna laetitia, praesertim si tristes animum anxerunt repraesentationes, ludibria imaginationis derideamus. Corpus vero negotiis interdiu transactis languidum ac defatigatum, placida quiete amissas vires recuperare studens, phantasiae obtemperare cogitur, dominiumque imaginationis in sensus tunc maxime experitur. Interdum enim viua imaginatio in somniantibus suas repraesentationes sonis articulatis exprimit, colloquia miscet cum amicis, irascitur aduersariis, suamque iram gestibus declarat. Nonne hic dominatur phantasia in corporis artus? Par ratio est noctambulonum, in quibus imagines, in somno is obuersantes viuidissima ratione, mirandis actionibus suscipiendis praebent occasionem, et phantasia corpus tam caute dirigit ac gubernat in periculosis conatibus, vt nesciam, an animo quoque vim quandam arcanam corpus mouendi, et motum impediendi vindicem. Eiusmodi enim homines moluntur actiones in somno, quas vigilantes perpetrare horrent. Ascendunt periculosissima, nubibus arduis propinqua aedificiorum culmina, ac singulari monstrato robore, nisi in actionibus suis turbantur, animi somnia cum felici successu implent, vt, somno excusso, ea inueniant peracta, quae somniant-

miantes sibi repraesentarunt. Quid igitur impedit, quominus regimen imaginationis in corpus colligamus inde ratiocinando. Necdum me poenitet copiosae iam inuestigationis institutae, sed nouam rationem, cui non nihil roboris tribuendum censeo, prioribus subiiciam. Summus omnino ac tristissimus regiminis phantasiae in corpus gradus habendus est ille, qui vinculum rumpit inter animum et corpus, tam arcana iunctum arte, vt ne sapientissimus quidem, acumine summo instructus, penetrabilia huius communionis aperire queat. Miseranda prostant hominum exempla, qui rerum futurarum scientiam affectantibus, tam firmam habuerunt fidem, vt non ex naturae necessitate, viribus corporis exhaustis, sed ex forti imaginatione, praedicto mortis termino, supremum carpsent iter. Eiusmodi casum relatam legimus in libello Krügeri, *) quem legisse neminem facile poenitebit, a nobis, nimis ne distrahamur excursionibus, silentio praetermittendum. Affectus praesertim, imaginationis comites periculossimi, animum iunctis viribus occupantes, eiusmodi perniciosos euentis saepius praebent occasionem. Memini castus a Montagne**) commemorati, quo mortis crimine damnatus et deinceps veniam consecutus, ex mera imaginatione, timori iuncta, vita defunctus in supplicii locum cecidit. Equidem hic summam Dei sapientiam et benignitatem venerabundus adoro, qui rerum futurarum cognitionem, mortalibus tam perniciosam, crassioribus tenebris inuoluendam curauit. Miserum enim, nihil proficientem angi, ac semper iucundissima est spes et expectatio futuri exitus secundioris menti humanae, fortis futurae nesciae, firmumque in rebus angustis solatium, quae, praecognitis rebus futuris, tollerentur penitus. Quanto pondere canit Horatius***)

B 2

Prudens

*) l. c. p. 147.

**) l. c. lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

*) Horae Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

**) Horae Carm. Lib. I. Cap. XX. p. 137.

***) Carm. Lib. III. Od. 29. v. 30.

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus,

Ridetque, si mortalis vltra

Fas trepidat. - - - -

Caucamus igitur nobis mature ab insultibus phantasiae exitioſis, nec nimium cupiditate res noſcendi venturas angamur, quarum praefensio, quamvis vana fit ſaepe, mortem nobis comminatur. Sedemus mentis noſtrae, nimium futuri anxiae, et inconstantis fluctus, lacto in praefens animo, a futurorum malorum cogitatione nos auocante, ſemperque meminerimus moniti Poetae *)

- - - - Ille potens ſui

Laetusque deget, cui licet in diem

Dixiſſe, vixi, cras vel atra

Nube polum pater occupato,

Vel ſole puro: - - - -

§. VI.

*Differentia
Imaginationis
ratione Tem-
peramenti.*

Magno foret ſocietati humanae detrimento, grauioraque in orbem literis excultum redundarent incommoda, ſingulis mortalibus eadem ſi contigiffet imaginationis alacritas. Quot quantaque orirentur querelae, in hominibus poſſimum, quos natura mollioribus praeccordiis donauit, in voluptatum vix vitanda inopia, ſi vniuerſum genus humanum ſentium blanditiis indulgere vellet? Quantis abundaret ſapientiorum coetus dignitatibus, ſi vana honoris cupiditate flagrarent cuncti? Quam exiguus foret facultatum numerus, ſi nummis, vndique corradendis, vniuerſa generis mortalis ſocietas ſordidam nauaret operam, ac importuna argenti litris famesque teneret omnes. Quibus malis, quae ingeniorum

*) Horat. Carm. Lib. III. Od. 29. v. 42.

niorum in omnibus conuenientia dotibus minatur, sapientia Numinis, omnibus numeris absoluta, tribuendo unicuique singularem genium, mederi voluit, quo animi inclinatione propendet tum in voluptates, tum in honores, tum denique in auaritiam. Indidem temperamenta trahunt originem, quorum igniculi ac femina, praeter variam sanguinis indolem, potissimum in his palmariis bonorum generibus, hactenus commemoratis, latent. Quo vero nos propiores admoeamus ad lineam praefixam emetiendam, principiis ad liquidum perductis generalioribus, iam versabimur in eo, ut Temperamentorum varias affectiones, ac inde proueniens phantasiae discrimen, rimemur quam diligentissime. Generaliorem suppeditare Temperamenti notionem, non ab instituto alienum arbitror, quo firmiora in hac paragrapho iaciam fundamenta eorum, quae mihi deinceps, cuiuslibet Temperamenti phantasiae sigillatim explicaturo, insignem ferent opem. Illi in definiendo Temperamento omne punctum mereri videntur, qui complexum vocant propensionum animi dominantium, pro varia sanguinis constitutione. Non de vero me deslexisse opinor, si in enodanda temperamenti notione utramque hominis partem, essentiam eius constituentem, coniunxero, arctissimam inter corpus et animum coniunctionem contempserim, qua animi propensiones variae, variam corporis dispositionem sequuntur, quamuis palmaria ac interna temperamentorum ratio in partibus corporis, fluidis praesertim, varie mixtis, quaerenda sit. Quantam inter homines varietatem, siue animum spectauerim, siue ponderauerim corpus, sui supra iam admiratus, tantam Temperamentorum differentiam, si vocem hanc latius sumfero, deprehendo, ut tot Temperamentorum diuersitates enumerare possim, quot in hominum iocierate indiuidua mihi obuersantur. Vnusquisque enim peculiari genio suo indulget, quilibet corporis constitutione



tutione sibi propria a caeteris disiungitur, vt vniciue proprium competat Temperamentum, siue, vt cum morum doctoribus accuratius loquar, sius cuique character, quem indagari in singulis mortalibus, nostra non patitur imbecillitas. Quamquam vero ingenia humana magnopere inter se distant, eorum tamen dissimilitudinem, propensiones hominum contemplati, non reperiendam esse tantam experiemur, vt necquicquam inueniatur, quod ea ad similitudinem quandam morum reuocare queat. Magna hominum pars consentit ad voluptates, easque caeteris bonis omnibus longe antecellere sibi persuadet, atque potissimum expetendas arbitratur. Alia multitudo necquicquam praestantius iudicat honoribus. Alii denique, quos argentū capit splendor, nil sibi deesse putant in diuitiarum abundantia, auri pondere oppressi, quamuis plurimum miserandis his hominibus desit, in virtutis absentia tranquillitatisque animi. in magna enim facultatum copia egent, crescit, vt cum Poetis loquar, amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quae inclinationum animi conuenientia, in hoc vniuerso conspicua, tria nos iubet simplicia fundamenti loco collocare temperamenta, quorum primum vulgo sanguineum vocatur, forsitan propter sanguinis abundantiam et celeritatem ita dictum. in eiusmodi enim hominibus sanguinis circulus per venas et arterias est facillimus, vnde color rubicundus, sanguine leuiore ac subtiliore exteriores corporis partes, seu integumenta peruadente, non potest non existere, quamuis in nonnullis hominibus exceptionem patiatur. Quem velocem sanguinis cursum similes comitantur mores, vnde incessus celeritas propter membra corporis agilia, desideria vehementissima, ira cito exorta, sed facile sedanda, propensio ad misericordiam, blandae amoris cupiditates, ne plura commemorem huius Temperamenti signa, paragrapho sequente demum maiori attentione percontanda.

tanda. Est igitur nobis Temperamentum sanguineum illa corporis et animi dispositio, quae propter leuiorem sanguinis naturam in sensuum voluptates potissimum propendet. In eorum tamen sententiam ire non possum, qui, tria haec bonorum genera singulis Temperamentis vindicanda esse, sibi persuadere volunt, vt sanguineus sensuum illecebris capiatur vnice, honoribus vero ac facultatibus, sibi comparandis, nullam plane industriam impendat. Cadit enim honoris stimulus quoque in sanguineum, eoque perinde inflammatur atque cholericus, quamuis ex aliis motiuis gloriam appetat. Honori sibi ducit omnia omnium suffragia ferre, etiam in externo corporis habitu, blanditias formae, ac muliebrem venustatem affectat, virili dignitate neglecta, vestitus splendore incautos, qui hominum ingenia ac dotes vestibus metiuntur, decipit, eorumque assensum aucupatur. Titulos quaerit, haud difficulter impetrandos, quo illorum augeat existimationem, quorum fauorem ac beneuolentiam maximi facit. Si in amicorum celebritate versatur, saepe et facetiis sermones suos condit, quo ingeniosi nomen reportet, quamuis profuso ac inhumano iocandi genere suam saepius prodat stultitiam, alias incognitam. In colloquiis eruditis ea deligit capita diiudicanda, quae sibi maximis difficultatibus impedita videntur. Sic in philosophia non disputat de existentia Dei, eiusque attributis, sunt enim, vt loquitur, nimis trita, sed de monadibus, de mundo optimo sermones miscet cum eiusmodi hominibus, qui saepius sola voce horrent, ac tanti mysterii repertorem magni faciunt. In sanctiori disciplina grauissima religionis capita concionatoribus explicanda relinquit, sed angelorum corpuscula, diem creationis horum geniorum coelestium meditari, magni putat ingenii. non enim cuius licet haec adyta sacrae Palladis intrare, tantamque acquirere sapientiam. Ne cui vero commemorata honoris cupi-



cupiditas cholericis propria videatur, breui liceat discrepantiam complecti. Sanguineus studet caeteris mortalibus eruditionis laude praestare, si facillimo negotio literarum cognitionem acquirere potest, ingenio alacriore praeditus. Sensuum enim voluptatibus tanto liberius tum indulgere fas putat, cum literarum cognitione non penitus vacat, non tantas tamque acerbas verens sapientiorum iustas reprehensiones. Cholericus vero aliorum gloriam, qui suam memoriam praeclare factis longam, imo effecere immortalem, imitando exprimere alloborat, quo, perinde ac horum, post funera sua adhuc memoria vigeat. Sanguineus perinde putat, num a plebe scelesti laudetur, an sapientiores bene iudicent de perfectionibus suis. Cholericus vero vulgi assensum nihili putat, ab aequis rerum aestimatoribus ornari laudibus, suo ingenio dignum censet. Sanguineus cuilibet virtutes suas praedicanti fidem habet, at, qui cholericum laudibus cohonestare cupit, caucat sibi, ne in suspicionem adulatoris veniat, qui difficilius alienis iudiciis assensus, accuratius ponderat laudum suarum rationes. Vberius hanc differentiam persequi, institutum prohibet. Plura qui desiderat, adeat Kaempffii libellum de Temperamentis, a Peyero publici iuris factum, qui honestum nobis in hac doctrina, ulterius perquirenda, fecit otium. Quod de honoris cupiditate in Temperamento sanguineo asseruimus, id ipsum de auaritia quoque praecipuum nobis videtur, quo vitio sanguineum non penitus vacuum opinamur. Nouimus, non in eum quidem finem vndique corradere aurum atque argentum, vt faccos nummorum quotidie effundat, iisque numerandis delectetur, velut Melancholicus, sed diuitias magni facit, quatenus fructus sensuum deliciis inseruiunt, caeterum fastidit eos, quorum peccus misera ac insatiabili facultatum cupiditate feruens nec prius hoc vitio se contaminat, quam rebus suis dissipatis,

fomno

somno voluptatum expergefactus, triftibus futuri curis angitur. Quis vero nobis non affentietur, fi fanguineo paragra-
 pho fequenti fingularem imaginationis alacritatem, propter
 maiorem fenfum efficaciam, vindicandam monftabimus. Iam, quid de Temperamento cholericis fentiam, paucis nota-
 bo, Phantafiam eius infra contemplaturus. De voce hu-
 ius Temperamenti parum follicitus fum, effigiem potius de-
 lineabo breuiffimam. A vero mihi aberrare non videor, fi
 Temperamentum cholericum illud dixero, quod in motu fangu-
 inis incitatore ad famam elatura inprimis cenfet expetenda.
 In nullo igitur vitio fe facilius deteftatione dignum reddit, fu-
 perbia, quam fi cum Theophrasto aliorum omnium, prae-
 terquam fui contentum appellaueris, facillimo negotio, actio-
 nes Cholericis contemplatus, eam in illo reperiri, largieris.
 Vnde grandia femper molitus, alios contemnendos putat, quo
 fuam famam ad fumum efferat fastigium, attollatque, Ho-
 ratio auctore, vacuum plus nimio gloria verticem. Scien-
 tiis excolendis cum fummo feruore impendit induftriam, iis
 potiffimum, quas nouit verfari in veris nondum explora-
 tis, fua forfitan opera difficultatibus liberandis, quo fe ab
 iis feperet, qui id habent ratum, quod ab iis, quos probant,
 iudicatum vident. Ipfe inceffus cholericis fpiritum fublimio-
 rem prodit, tarditatibus vtens late euagatur, plateas fibi foli
 vindicans, in coelum continuo profpiciens collo erecto, vt
 pomparum ferculis fimilis eife videatur, Cicerone iam iudice.
 Quam mirabilem inceffus varietatem in hominibus fufe per-
 fequitur Claramontius, Aristotele duce, de coniecandis
 hominum moribus. Illis tamen affenfum denegare cogor, qui
 Cholericum gloriae cupiditate inflammari vnice nobis perfua-
 dent, meliora a Kaempffio, fupra laudato, edoctus. Pro-
 pendet perinde in voluptatem et auaritiam Cholericus, quam

C

uis



uis haec bonorum genera tanti non faciat, quanti aestimantur a Sanguineo, et Melancholico. Voluptates Cholericum non aspernatur, cum scelera sua alios homines celare potest, nullum inde detrimentum famam suam capturam, arbitratus. Diuitiis comparandis parum operae impenderet, nisi persuasum haberet, splendorem suum externum argenti copia collustratum iri. Paucis adhuc contemlemur Melancholicum, ne nos, deinde Phantasiam eius explicaturos, palmaria huius Temperamenti propensio lateat. Hic iis suffragamur, qui Temperamentum melancholicum illud esse arbitrantur, quod propter crassiores sanguinis indolem, praeterita mala recordatum, perpetuis futuri curis misere angitur. Prospicio nonnullorum reprehensionem, praetermissa avaritia, palmario ac proprio huic Temperamento vitio. Isti vero, quos offendit haec definitio, meminerint, eam ob causam facultates ab eiusmodi hominibus cumulari, ut futuris prospiciant, metuentes semper, se aliquando paupertate oppressum iri, praesertim si fures effracta arca nummos auferant, aut debitor forte usuram perinde ac fortem neget. Neque tamen vnice reformidat noctes diesque callidos fures, ne cum compilent, verum etiam in aliis negotiis anxii distrahitur curis, plures sibi proponens difficultates, quam vnquam conatus suos remoraturas experietur. Voluptates, quae blandiuntur sensibus, Melancholico tum videntur exercendae, cum lucrum inde capiendum, vel saltem gratis eor suum durum mollibus sensuum perceptionibus refici posse prospicit. Semel vero laqueis voluptatum irretitus Melancholicus, summa cum difficultate ex iis se euasurum, certo credere potest. Prius enim omnia bona, imo vitam deserendam putat, quam cedere blandis sensuum obiectis. Gloriae cupiditatem in scientiis excolendis prodit manifeste. indefessa enim industria manum

manum de tabula non remouet prius, quam cognitionem suam ad summum perduxerit fastigium, vsque deplorans arctos intellectus sui imbecilli fines. Forsitan offendemus Phlegmaticos, quorum meminisse superuacaneum putamus, quia eorum character in tribus prioribus, haecenus breui expositis, Temperamentis, maximam partem latet. Nostra tamen nihil refert, num irascantur nobis, an faeant, quia vtraque animi commotio, sicut totum temperamentum, friget. Contigimus iam metam nobis praefixam, ea, quae supersunt dicenda, propediem, annuente Numine, persecuturi.

EXPLICIT COMMENTATIO ALTERA.



FK Td 84

mirum est quod non solum in
his diebus per totam Europam
intellectus sit adhiberi licet
tunc quatuor mensibus in
non dicitur in rebus his
per se quatuor mensibus
in rebus his mensibus
in rebus his mensibus
in rebus his mensibus

EXPLICIT COMMENTATIO ALIIA.



Pon Tid 84, Fk (1/2)
vd 18

ULB Halle 3
004 776 372




f

Sb


mo







DE
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE



COMMENTATIO ALTERA

QVAM

DEFENDVNT

PRAESES

M. MATTHIAS AVGVSTVS

HASIVS


VITEMBERGENSIS

D. XVIII. MARTII A. CIO DCC LXVI.

AC RESPONDENS

IOANNES GODOFREDVS KRIEBITZSCH

BITTERFELDENSIS S. S. THEOL. CVLT.



VITEMBERGAE

EX OFFICINA GERDESIANA.

